



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Trigesimum quartum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Ecclesiam S. Catharinæ Hospitalium militum erexit, ac fundavit. Extat quoque in Seuerini archiuo diploma, quo S. ENGELBERTVS noster sub annum 1219. ipsâ conuersionis S. Pauli in claustro S. Florini apud Confluens confirmat initas quasdam inter Hospitale S. Catharinæ in vrbe Colonienſi & S. Seuerini Ecclesiam, compositiones.

### Caput Trigesimum quartum.

*De quodam Surdo, qui ad sepulchrum eius sanatus est.*

Surdus  
audit.

**S**VRDVS quidam peregrè Coloniam venit, martyris sepulchrum adiit: & cum obrulisset preces, ilicò restitutus est.

### Notatio ad Caput Trigesimum quartum.

Manuscriptus sic loquitur:

Iughen.

§. Est homo quidam in Iughende Hermannus nomine, quem in tantum surditas oppresserat, vt clangorem cornuum siue buccinarum audire non posset.

Vetus miraculorum tabula ad B. ENGELBERTI tumbam suspensa, vocat Iugene, qui pagus agri Iuliacensis præfecturæ Castrenſi subiacet.

### Caput Trigesimum quintum.

*De muliere qua cum brachio visu vnus oculi sanata.*

**C**æca oculi & brachium curantur. **M**VLIER quædam Colonienſis nouem annis vno orbata oculo, & alterius brachij officio destituta, apud beati martyris sepulchrum sic orauit: Domine, si anima tua est apud Deum, vti creditur, intercede pro me apud illum, vt per me declarentur merita tua. Mox vt illa cessauit orare, oculo lumen, brachio pristinæ vires redduntur. Atque hoc quidem primum fertur fuisse miraculum ab eo Coloniz editum: sed

tum